E#5 D#104

KJA2150
.G88
A2
1601-70
v.4
c.1

1080045116

Del vso delos BB. D. Pedro y D. Rafael de Llano

KJA2262
.G8
1601

46391

Dn. Joannis
# GUTIERREZ JURISCONSULTI HISPANI, CANONICI DOCTORALIS ALMÆ ECCLESIÆ
Civitatenſis,

## TRACTATUS NOVUS,

De Tutelis & Curis minorum, deq; officio & obligatione tutorum ac curatorum, ipſorumque mercede.

*UNIVERSAM MATERIAM, SATIS AMPLAM & diffuſam quidem, nunquam tamen ita congeſtam, certa quadam methodo, miro ordine contexens.*

OMNIBUS IURISCONSULTIS TUM IN SCHOLIS verſantibus apprime utilis & neceſſarius.

CUM SUMMARIIS ET INDICE UBERRIMO.

*FRANCOFURTI,*

Impenſis Wolfgangi Endteri, Bibliopolæ Noribergenſis,

M. DC. I.

Raúl Rangel Frías UANL FONDO

NOBILIBUS

# MAGNIFICIS, CLARISSIMIS AC CONSULTISSIMIS VIRIS, DN. JOANNI ADOLPHO ET DN. CHRISTOPHORO KELNERIS, FRATRIBUS, ILLI VIRO CONSULARI ac Scabino necnon Compatri ſuo, huic Syndico Reipub. Francof. meritiſſimo, ſuis Mecœnatibus.

S. P.

*OPeram, quam hactenus in Jureconſultis tum Italis, tum Hiſpanis, tum Gallis, tum Germanis, Viri Magnifici, partem typis de novo deſcribendis, partem ſub incudem revocandis, ſummis nocturniſq; vigiliis defatigatus, laborumq; mole fere oppreſſus, adhibui, literatis quidem politioribus gratam, mihi vero non proficuam, ſed nocivam magis fuiſſe, ſole meridiano clarius jam tandem cerno. Sunt enim, qui cum uno atq; altero tractatu ſuam Bibliothecam exornarint, ſe totum librorum pelagus exhauſiſſe, ſuperbe ſatis exiſtiment: Sunt, qui ſolo corpore Juris, Pandectis nimirum & Codice, ſuperbientes, nil niſi leges ipſas ſonent ac crepant, quarum tamen intellectum vix ipſi tenent, ſapiant, quantum velint: Sunt quoq;, qui Conſtitutionibus, Statutis ac Juribus municipalibus inhient, quorum ut nec ipſi conditores fuere, ſic multo minus eorum interpretes eſſe poſſunt. Hinc fit, ut maxima pars horum, quos dico, Davos, nullos ſibi coemant libros, quippe quos ipſi non intelligant. Et ſane meo judicio à ſuo, ut putant, ſcopo non multum aberrant. Quippe cum careant oculis, in quem uſum ſibi comparent catoptron ſive ſpeculum? Nec enim qui calvus eſt, plectra crinium deſiderat? Multo minus qui altero pede truncus, ſaltu geſtit. Sed ii ſaltem inſtrumentis, ad habitum accommodis utuntur, qui vere ſunt in ſuo ſtatu, in ſua eruditione, dignitate ac conditione ſani ac ſalvi. Cur hoc aſſeram, qui jura ſapis, ſtatim intelliges. Non quod vino vendibili hederam velim eſſe ſuſpenſam. Non quod meas tibi velim obtrudere merces. Non deniq; quod auri ſacra fame meum pectus cogatur. Sed ſaltem, ut quos mecum Doctiſſimi tum Academiarum, tum Rerumpubl. Germaniæ Juriſc. agnoſcunt libros eſſe boni, non ſpeciminis, ſed fructus, non mei, ſed tui, eos tibi commendem. Inter ceteros vero, ſi quis un-*

*quam mea commendatione propter bonum publicum dignus fuit, ſolus victor erit Dn. Joan. Gutierrez J.C. Hiſpanus. Qui*

------ Cum multa puer dudum ſudaſſet, amœnum
Appulit in portum tandem, gratoque ſapore
Illectus legum, quem de TUTORE libellum
Conſcripſit, cernis, Res eſt digniſſima laude.

*Eum autem cur vobis, Viri Magnifici ac Clariſſimi, commendem, dicem ac conſecrem, faciunt veſtra in me, tum hic, tum in publicis Imperii Comitiis bene merita, faciunt creberrimæ in noſtro foro de rebus pupillaribus agitatæ controverſiæ. Non quod chartaceo hoc munere velim veſtra in me beneficia collata exæquare. Nec quod eo velim vos uti in rebus dijudicandis tanquam Cynoſura. Sed ut ſaltem grati erga vos animi publica exſtent monumenta: & quod alibi juris, quid ſtatutorum, quid conſuetudinis obtineat, liquido videatis. Veſtrum eſt hunc eo, quo à me offertur, animo, accipere librum. Quod ſi facietis, profecto ſtimulum mihi addetis, ad practicas hujus auctoris quæſtiones, ad quæſtiones item Canonicas, ad Tractatum tandem de juramento confirmatorio, edendum. Valete & me, quod facietis, amare pergite. Datæ Francofurti, Calend. Aprilis 1606.*

V. M.

ex aſſe colens

Zacharius Palthenius D.

# ILLUSTRISSIMO AC REVERENDISSIMO PRINCIPI ET DOMINO, DN. BERNARDO DE ROIAS ET SANDOVAL, S.R.E. PRESBYTERO, CARDINALI, ARCHIEPISCOPO TOLETANO, HISPANIARUM PRIMATI, A CONSILIO STATUS POTENTISSIMI REGIS PHILIPPI III. MAJORI CASTELLÆ CANCELLARIO, &c.

D. Joannes Gutierrez J. C. Civitatenſis Canonicus, S. P. D.

PRincipibus, ut ille inquit, placuiſſe viris non minima laus eſt. Ego certe Illuſtriſſime Princeps in ſumma mea laude pono, tibi per tot annos placuiſſe. Neque mihi ante oculos fortunæ tuæ ſplendor, quo major eſſe non poteſt, obſervatur, ſed heroicæ, & excellentes virtutes tuæ, quibus fortunam ipſam tuam longo intervallo ſuperaſti. Quibus id aſſequutus es, ut jam inde at adoleſcentia ſummam de te in omnium animis expectationem concitaveris, quam non modo non fefelliſti, ſed profecto etiam viciſti cumulate. Sed de tuis laudibus non libet hoc loco diſſerere, tum quod vires eloquentiæ deſiderent tanto oneri ſuffecturas, tum quod epiſtolæ anguſtiæ materiam tantam capere haud poſſint. Ad proſphoneſin meam convertam orationem, quam tibi jamdiu, ut maxime debitam paravi. Nam ut tu, Princeps illuſtriſſime, Civitatenſis Epiſcopus creatus es, ſtatim ac Eccleſiam hanc gubernandam ſuſcepiſti, me quod forte exiſtimaſti propenſiori in te voluntate futurum, præter cæteros honoraſti, & beneficiis multis affeciſti: cujus tuæ benignitatis memoriam animo incluſam, ſumma cum dulcedine ad extremum vitæ ſpiritum retinebo. Promotus inde fuiſti ad Pampilonenſem Epiſcopatum non ſine maximo totius hujus civitatis dolore, quam adhuc tui deſiderium fere vix poteſt. Nec ideo loci mutatione, quæ tua humanitas eſt, mutata tua voluntas fuit, quin potius me abſentem abſens foviſti ſemper, & quam præſens voluntatem oſtenderas, eandem per literas oſtendiſti frequentiſſime. Tum poſcentibus id, ſeu potius flagitantibus meritis tuis, ad Epiſcopatum Geenenſem aſcendiſti, ubi gratulatione mea benigniſſime accepta, maxima ad innumera beneficia in me tua incrementa acceſſere. Tandem cum ſanctitate morum, ſingulari prudentia, & omnibus numeris abſoluta virtute terrarum pene orbem tui nominis fama compleviſſes, eſſesque mortalium omnium prudentiſſimo Regi Philippo II. probatiſſimus, eo jam è vivis ad cœleſtium cœtum aſſumto, à glorioſo ejus filio, & ejusdem prudentiæ, ut regnorum herede ad maximam in Hiſpania dignitatis ſedem ſumma omnium acclamatione & lætitia evectus es. Et tandem in Cardinalium collegium à Sanctiſſimo Domino noſtro Clemente Octavo cooptatus. In quibus omnibus dignitatis gradibus eundem te ſemper in me animum expertus ſum habuiſſe. Adeo ut videaris Illuſtriſſime Princeps, me quaſi in tutelam tuam, ex quo tibi

cognitus ſum, ſuſcepiſſe. Quare ingrati animi notam vix me poſſe effugere ſum arbitratus, ſi quem librum de tutelis, ind ſtria, & labore ſcripſiſſem, tibi non donarem, dicaremque, cum præſertim ipſ to tutore indigeret. Cui enim poteram librum meum committere & tra e, ſub quo tutior eſſet malevolorũ probris & calumniis? Nam ſi tu eum, quod ſpero, in tuam clientelam ſuſceperis, quis eſt, qui audeat lividos in illum dentes acuere? Si enim doctrinam, quod in hiſce rebus caput eſt, ſpectamus, quis eſt, qui non intelligat te humanarum, divinarumque rerum cognitione, excellere, ut cum multos ſuperes, ſuperiorem certe ex mortalibus habeas neminem? Quis eſt, qui tuum acerrimum judicium, de quacumque re id tuleris, nequaquam revereatur? Si auctoritatem, quæ tandem eſſe poterit, ubi à ſupremo Eccleſiæ capite diſceſſeris, major? Si in auctorem libri, benevolentiam, non ne, ex quo me cognoviſti, tua ſponte multis in me collatis beneficiis oſtendiſti ſingularem? Quare Illuſtriſſime Princeps, liber hic meus tot nominibus tibi debitus alacris ad te proficiſcitur, confiditque fore, ut tui nominis ſplendore illuſtratus, majora, quam cœteri fratres, hominum ſtudia conſequatur. Faxit Deus Optimus Maximus, ut te ſummo Chriſtianæ Reipublicæ bono multos annos ſervet incolumem. Vale.

## AD LECTOREM.

Cum omnem operam impenderem, (amantiſſime Lector) perfectioni Practicarum Quæſtionum ſuper reliquos libros novæ collectionis Regiæ à me non prælectos, importunis precibus cujuſdam valde amici, cujus intererat, atque intereſt, adductus ſum, ut eo opere ſuſpenſo, tractatum componerem de Tutelis & Curis minorum ſuper leges Regias tituli, 16. partit. 6. utpote valde utilem futurum omnibus Juris ſtudioſis, atque peritis, quia à nullo noſtrorum conjecta eſt hæc materia, licet valde practicabilis in uſu forenſi: quocirca accipe vigilias has noſtras pluſquam quinquennales, & utinam tibi, omnibuſque ita placeant, ut inde mihi gratiam apud eos comparem: Vale.

D. Joannes Gutierrez.



# INDEX JURIUM, QUÆ IN HOC OPERE TAM EX COMMUNI, QUAM REGIO JURE ENODANTUR ET ILLUSTRANTUR.

*EX DIGESTO VETERI.*

LEx, res quæ, 55. ff de jure dotium, part. 3. cap. 1. nu. 87.
L. ſi in emtione. ſ. final. ff. de contrahenda emtione. p. 2. c. 15. n. 1. fol. 420.
L. ſi pupilli, ſ. 1. ff. de neg. geſt. part. 2. cap. 13. nu. 7.
L. Barbarius Philippus, ff. de officio prætor. p. 3. cap. 8. num. 3. cum ſeqq.
L. 2. in prin. ff. de judiciis, p. 3. c. 9. n. 8.
L. ſi ex lapidiciniis, ff. de jure dotium, p. 3. c. 25. num. 10.

*EX INFORTIATO.*

L. 1. ff. de tutelis, 1. part. cap. 1. num. 1.
L. Imperator, ff. ad Trebel. p. 1. c. 3. ex n. 4.
L. ſi patronus, ff. de confirm. tut. 1. p. c. 3. n. 18.
L. Peto, §. mater, ff. de legatis, 2. 1. p. c. 4. n. 4.
L. ſi patronus, ff. de confirm. tut. 1. p. c 4. n. 32.
L. qui tut. ſ. impuberi. ff. de teſt. tut. 1. p. c. 4. num. 12.
L. poſt ſuſceptam, ff. de exc. tut. 1. p. c. 7. ex n. 5.
L. tutela, ff. de tut. 1. p. c. 7. ex n. 18.
L. quæro, ſ. Lucius, ff. de teſt. tut. 1. p. c. 10. n. 1.
L. ſi hereditas. §. fi. ff. de teſtam. tut. 1. p. c. 10. n. 1
L. naturali, ff. de confir. tut. 1. p. c. 11. n. 1.
L. Muto, §. 1. ff. de tutelis, p. 1. c 11. n. 6.
L. inteſtato, ff. de legit. tutor. 1. p. c. 12. n. 1.
L. legitimos, ff. de legit. tutor. 1. p. c. 12. n. 23.
L. Teſtamento, ff. de teſt. tut. 1. p. c. 32. n. 28.
L. 3. de adminiſtrat. tutor. 1. p. c. 14. n. 3.
L. Tres tutores, 56. ff. de adminiſt. tut. in princip. 1. p. c. 15. n. 1.
L. 3. ſ. ſi pupillus, verſ. nunc tractemus, & verſ. plane, ff. de tutel. & ratio. diſtra. 2. p. c. 15. n. 16. 22. & 28.
L. 1. ſ. uſque adeo, ff. de jure & ratio diſtra. 1. p. c. 15. n. 26.
L. jus dandi, ff. de tuto. & curat. 3. p. c. 16. n. 25.
L. 2. ſ. ſi mater, ff. ad Tertullianum, 1. p. c. 16. n. 32. & ſ. confeſtim. 79. 106.
L. 2. ff. qui petant tuto. 1 p. c. 26. n. 336.
L. pater Severinam, ſ. conditionum verba, ff. de cond. & demonſt. p. 1. c. 36. n. 151. & ſeqq.
L. antep. de confir. tut. 1. p. c. 20. n. 16.
L. tutor qui repertorium, ff. de adminiſt. tut. p. 2. c. 1. per totum.
L. tutoribus, ſ. principalibus, ff. de adminiſt. tut. p. 3. c. 2. n. 3.
L. 1. §. officio, & ſ. de rationibus, ff. de tutel. & rat. diſt. p. 3. c. 1. n. 2.
L. Neſenius, ff. de excuſ. tutor. p. 1. c. 22. n. 3.
L. teſtamento, ff. de teſtam. tutel. p. 1. c. 23. n. 1.
L. 1. ſ. ſi minor, ff. de reb. eorum, p. 35. c. 2. n. 39.
L. 3. ſ. quid ergo, ff. de contr. & util. act. p. 2. c. 5. n. 5.
L. tutelæ, 9. ff. de adminiſtr. tut. p. 2. c. 20. n. 5.
L. etiam ſi patris, ff. de leg. 1. p. 3. c. 13. n. 8.
L. Item fundi, ff. de uſufruct. juncta l. labores, ff. eod. tit. p. 3. c. 25. n. 7.
L. ſi fundus, 9. ff. ſolut. matrim. p. 3. c. 35. n. 3.
L. in ratione la. 2 ff. ad leg. falcid. p. 3. c. 36. n. 22.

*EX DIGESTO NOVO.*

L. quod ſi forte, §. ſunt quædam, ff. de ſol. 1. p. c. 37. n. 2.
L. is cui bonis, ff de verbor. oblig. 1. p. c. 19. n. 5.
L. 2. §. quæritur. ff. de jur. 60. dand. 3. p. c. 19. n. 13.
L. actus legitimi, ff. de reg. jur. p. 1. c. 24. n. 1.
L. invẽd. §. 1. ff. de bon. auct. ju. poſ. p. 2. c. 20. n. 4
L. boves, §. hoc ſer. ff. de verb. ſig. p. 3. c. 38. n. 5.

*EX CODICE.*

L. ſciant qui, C. de legit. hæred. p. 1. c. 16. n. 79.
L. ſciant qui, C. de legit. tut. p. 1. c. 16. n. 77.
L. ſi defunctus, C. arbit. tut. p. 3. c. 46. n. 25.
L. Sancimus, C. de adminiſt. tut p. 2 c. 22. n. 17.
L. 1. C. ſi adverſ. ſolut. p. 1. c. 22. n. 16.
L. 1. C. de fundo dotal. p. 2. c. 21. n. 7. & 8.
L. 3. C. ſi tutor, vel curator, p. 2. c. 22. n. 18.
L. tutela ſecunda, C. de admin. tut p. 2. c. 9. n. 1.
L. fin. C. arbit. tut. p. 2. c. 1. n. 14.
L. fin. C. de ſententiam paſſis, 3. p. c. 3. ex n. 4.
L. mater, C. de teſt. tut 3. p. c. 4.
L. 2. C. de confir. tut. 1. p. c. 6. n. fin.
L. fin. C. de legit. tut. 1. p. c. 7. ex n. 18.
L. fin. C. arbitrium tut. 1. p. c. 8. ex n. 77. & 81.
Aut matri & aviæ, C. quando mulier, 1. p. c. 8. cum ſeqq.
L. ſancimus, C. de nup. 3. p. c. 9. n. 14.
L. fin. §. ſed cum antiquitas, C. de curato. furioſi, 1. p. c. 12. n. 8.
L. 1. C. de confirm. tut. 1. p. c. 12. n. 27.
L. fin. ſ. omnes, C. de admin. tut. 1. p. c. 12. n. 31.
L. 2. C. de diu. tutel. 1. p. c. 15. n. 1. & ſeqq.
L. 2. in prin. C. ſi tutor non geſſerit. 1. p. c. 15. n. 11
L. 3. C. ubi petant tutor. 1. p. c. 16. à n. 4. & ſeqq.
L. ſciant, C. de legit. hæred. 1. p. c. 16. n. 33. 46. 77.
L. matres, C. ad Tertul. 1. p. c. 16. n. 79.
L. 2. C. ſi adverſus delictum, 1. p. c. 16. n. 9.

L.omnem, C.ad Tertull. 1.p.c.16.n.134.
Auth. minoris debitor, C. qui dare tuto, vel curat.poſſunt,1.p.c.20.n.3.
L.fi.C.qui dare tuto.1 p.c. 20.n.16.
L.Coloni,C.de excuſ. tut. ibidem.
L.1.C.ubi pupil.educari deb.p. 2.c.8.n.1.

*EX AUTHENTICIS.*

Aut.ut hi qui obligatas, ſe perhibent in princ. 1.p.c.7.n.10.c.12.n.7.
Aut.de emt.§ diſponat, collat.4.1.p.c.8.n.94.
Aut.ut hi qui obligatas ſe perhi, in prin. col.6. 1.p. c.20.n.3.

*EX INSTITUTIS.*

Pr. Inſtit. de tutel. 1. p. c.1.n.1.
§.tamen Inſtit. de fiduc.tut. 1. p.c.7.ex n.j8.
In princ.Inſt. qui teſt. tuto. dari poſſunt. 1.p. c.10. nu.1.
§.ad certum, qui teſt.tuto. p.1. c.11. n.5.
§. nos autem, Inſtit. de Attiliano tutore. j. p. c.12. n.25. c.16. n.26.
In princ.Inſt. de legit.patr.tut. 1. p. c.j3. n.2.
In princ.quib.mod. tut. fin. 1.p. c.j6. n.141.
In princ. Inſt. de curato. 1.p. c.19. n.2.
§.1, Inſt. de curat. ibidem n.11. & 18.
§. dantur Inſt. de curat. ibidem. n.29.
§. interdum Inſt. de curat. ibid. nu.32.
§.iidem reſcripſerunt, Inſt.de exc. 1.p.n 31.
§.itẽ propter litẽ, Inſt.de excu.tut. p.1.c.21.n.7.
§.ſuſpectus Inſt.de ſuſpectis tut. p.2. c.j8. n.17.
§. at ex contrario Inſt. quib.alienare licet, vel non. p.2. c.22. n. j7.

*EX JURE PONTIFICIO.*

Cap. fin. de reb. Eccleſiæ. p.3. c.32. n.3.
Cap.Eccleſia S.Mariæ de conſt. p. 3. c.32. n.3.
Cap. 1. §. præſenti. de cler. ægrotanti libr. 6. p.3. c.21. n.1.
Cap. ſi annum 14. de jud. lib.6. p.3. c.32. n.2.
Cap. tua nobis, juncto cap. paſtor. de decim. p.3. c.37. n.9.

*EX JURE REGIO.*

L.6. tit.16. part.6. 1.p. n.6 & 7.
L.4. tit.16. part.6. 1.p. c.7. n.1. & ſeq.
L.3.Tauri, quæ hodie eſt, l.2. tit. 4. lib.5. novæ col. 1.p. c.8. n.58. & 59.
L.5. tit.16. part.6. 1.p. c.9. n.21. & 29.
L.23.26. tit.13. part.5. 1.p. c 9. n.29.
L 7. tit.16. part 6. j.p. c 10. à nu.1.
L.8. tit.16. part.6. 1.p. c.11. n.1.
L.9. tit.16. part.6. 1.p. c.12. n.1.
L.13. tit.16. part.6. j.p. c.12. n.7.
L.94. tit. 18. part.3. 1.p. c.j2. nu. 10. cum ſeq. num. 31.
L.10. tit.16. part.6. 1.p. c.13. n.1.
L.11. tit.16. part.6. j.p 1. c.4. n.1.
L.j2. tit.16. part.6. 1. c 16. à n.1. & c.19. n.2.
L.j4. tit.5. lib 2. novæ compil.1 p.c.16. n.23.
L. ſi tit.12. part.4. 1.p. c.16. n.120.
L.3. tit.15. part.2. j.p. c. 18. n.16.
L.3. tit 10. lib.5. novæ collect. 1.p. c.18. n.27.
L.9. tit.1. part.2. 1.p. c.j8. nu.31.
L 2. tit.18. part.3. l.2. tit.15. part.2. 1.p.c.18.n.37.
L.13. tit.16. part.6. j. p. c.19.
L.j4. tit.16. part.6. j.p. c.20.
L.3. tit.j7. part.6. j.p. c.20. n. 31.
L.6. tit.7. part.7. 1.p. c.20. n.34.
L.Tauri, 47. p.1. c. 20. n.34.
L.Tauri 48. p.1. c.20. n.34.
L.2. tit.17. part.6. p.j. c.21. n.2.
L.4. tit.17. part.6. p.1. c. 21. n.33.
L.25. tit.26. part.2. p.1. c.21. n.36.
L.15. tit.16. part.6. p.2. c.1. n.1.
L.99. tit.18. part.3. p.2. c.1. n.3.
L.94. tit j8. part.3. p.2. c.j. n.16.
L.6. tit.11. part.3. p.2. c.1. n.28.
L.5. tit.2. part.1. p.2. c.1. n 33.
L.8. tit 10. part.6. p.2. c.1. n.43.
L.7. tit.11. part.6. p.2. c.j. n.34.
L.120. tit.18. part.3. p.2. c.1. n. 102.
L.20. tit.16. part.6. p.2. c.3. n 3.
L.17. tit.16 part. 7. p.2. c.4. n.1.
L.11. tit.2. part.3. p.2. c.4. n.1.
L.2. tit.7. part.3. p.2. c 4. n.7.
L.4. tit.5. part.5. p.2. c.5. n.2.
L.60. tit.18. part.3. p.2. c.5. n.2.
L.18. tit.16. part.6. p.2. c.5. n.51.
L.19. tit.16. part.6. p.2. c.8. n.1.
L.9. tit.10 part.4. p.2. c.11. n.j.
L.6. tit.17. part.7. p.2. c.j2. n.5.
L.7. tit.1. part.5. p.2. c.13. n.8.
L.4. tit.5. part.5. p.2. c.15. n.1.
L.23. tit.3. part.5. p.2. c.16. n.31.
L 34. tit.12. part.5. p.2. c.17. n.5.
L.3. tit.18. part.3. p.2. c.18. n.10.
L.4. tit.18. part.6. p.2. c.18. n.17.
L.fin. tit.25. part.3. p.2. c.19. n.22.
L.60. tit.18. part.3. p.2. c.21. n.3.
L.4. tit.14. part.5. p.2. c. 22. n.1.
L.56. tit.5. part.5. p.2. c.22. n.11.
L.2j. tit.16. part.6. p.3. c.1. n 4.
L.25. tit.13 part.5. p.3. c.j. n.85.
L.49. tit.5. part.5. p.3. c.1. n.87.
L.16. tit.16. part.6. p.3. c.1. n.127.
L.35. tit.12. part.5. p.3. c.1. n.129.
L.j5. tit 16. part.6. p.3. c.1. n.139.
L.17. tit.16. part.6. p.3. c.j. n.141.
L.12. tit.16. part.6. p.3. c.3. n.5.
L.35. tit.12. part.5. p.3. c.4. n.4.
L.36. tit.12. part.5. p.3. c.4. n.5.
L.fin. tit.23. part.1. p.3. c.12. n.1.
L.4. tit.29. part.2. p.3. c.17. n.2.
L.27. tit.11. part.4. p.3. c.25. n.2.
L.45. tit.28. part.3. p.3. c.26. n.2.
L.23. tit.31. part.3. p.3. c.30. n.7.
L.3. tit.15. part.6. p.3. c.31. n.5.

*REGES NOVÆ RECOLLECTIONIS.*

L.24. tit.25. lib.4. novæ recollect. p.3. c.27. n.36.
L.23. lib.11. tit.5. novæ recoll. p.2. c.25. n.15.
L.j. tit.7. lib.3. fori, p.1. c.7. n.23.



*TRACTATUS*

# DE TUTELIS ET CURIS, IN TRES DIVISUS PARTES, IN PRIMA AGIT DE IIS, QUÆ TUTORIBUS ET CURATORIbus in principio ſui officii, in Secunda, quæ in medio, in Tertia, quæ in fine ipſis incumbunt.

ET quidem in Prima parte quid ſit Tutela? quibus diſcernenda erit? quotuplex ſit? qui poſſint dari orphanorum tutores? cujus præcepto? & qui non? docetur.

Jn Secunda parte quomodo tutores officium ſuum adminiſtrare, exercereque valeant & teneantur tam circa perſonas pupillorum quam eorum bona? quo in loco? apud quem pupillus educari debeat? quo tempore duret tutela, & tutorum offi ium, diſſeritur.

Jn Tertia parte quomodo & quando tutores rationem reddere debeant bonorum, quæ adminiſtrarunt? in quibus nonnulla de curatorib. inſeruntur, & de eorum decima fructuum & reddituum minorum, late agitur.

Opus profecto fertiliſſimum & ſumme elaboratum legibuſq; Regiis tit.16. part.6. ſuo ordine exornatum, earumq; materia perlecta atq; declarata.

Doct. Joanne Gutierrez, Canonico Doctorali Almæ Eccleſiæ Civitatenſis, J. C. clariſſimo auctore.

## Capita primæ partis ſunt 24.

Cap. I. *Quid ſit tutela & de ejus diffinitione?*
II. *Quotuplex ſit tutela?*
III. *Qui poſſint teſtamento dare tutores & de teſtamentario tutore à patre dato?*
IV. *An mater filio ſuo impuberi tutorem dare poſſit? Item de patrono & de patre naturali.*
V. *De tutore teſtamentario.*
VI. *An tutor extra teſtamentum dari poſſit?*
VII. *Qui poſſint tutores pupillorum ſuorumq; bonorum dari?*
VIII. *De matre, vel avia tutrice relicta ſuorum filiorum, vel nepotum.*
IX. *De matre tranſeunte ad ſecundas nuptias.*
X. *De ſervo à domino tutore relicto filiorum ſuorum, & de tutore certo nominando.*
XI. *De tutore à patre filio naturali relicto, vel ab extraneo ejus, quem heredem inſtituit.*
XII. *De legitimis tutoribus.*
XIII. *De patrono tutore liberti, & de patre tutore filii emancipati.*
XIV. *De pluribus contutoribus diſſentientibus, quis eorum tunc adminiſtrare debeat?*
XV. *Pluribus tutoribus conſtitutis, quomodo ſinguli teneantur?*

*XVI. De pœna matris & conſanguineorum non petentium tutorem pupillo dari infra annum & de tutore dativo.*
*XVII. De tutore honorario, & de cauſſa notitiæ dato.*
*XVIII. De tutela Regis.*
*XIX. De curatoribus adultorum.*
*XX. De iis, qui non poſſunt eſſe tutores.*
*XXI. De excuſatione tutorum & curatorum.*
*XXII. De tutore tutelam recuſante, quod amittat legatum ſibi in teſtamento relictum.*
*XXIII. An tutor extra teſtamentum relinqui poſſit?*
*XXIV. An actus tutelæ recipiat diem, vel conditionem?*

## Capita ſecundæ partis ſunt 23.

Cap. *I. De inventarii & libri rationis confectione.*
*II. An jurari in litem poſsit adverſus alias perſonas, quæ ad inventarii confectionem tenentur, quam tutores & curatores aliud conficientes?*
*III. De pupillo erudiendo atque educando.*
*IV. An tutor curatorque, vel pupillus aut adultus agere debeat vel defendere in judicio?*
*V. De prohibita alienatione bonorum immobilium minorum per tutores vel curatores facienda.*
*VI. An tutor, vel curator poſſit donare de bonis minoris?*
*VII. Quando & quo modo poſſit minor, ejuſque tutor, aut curator pacem facere?*
*VIII. Ubi pupillus educari debeat?*
*IX. De obligatione tutoris vel curatoris ad convertendum pecunias minorum in eorum utilitatem.*
*X. Factum à tutore in dubio, cujus nomine cenſeatur factum.*
*XI. Quod tutor vel curator teneatur collocare pupillam in matrimonium eiq; dotem cõgruam aſſignare.*
*XII. De nuptiis prohibitis inter tutorem vel curatorem, ejuſq; filios vel nepotes cum pupilla, vel adulta.*
*XIII. An tutor vel curator teneantur de evictione, & quid de procuratore ad negotia?*
*XIV. De tutore perſuadente morienti, ut ſibi relinquat, quod pupillo relinquere volebat.*
*XV. An tutores, vel curatores palam & bona fide poſſint emere à ſuis minoribus?*
*XVI. De tacita hypotheca bonorum tutoris, vel curatoris pro ratione adminiſtrationis reddenda.*
*XVII. De protutore, & procuratore.*
*XVIII. De ſuſpectis tutoribus, & curatoribus.*
*XIX. De obligatione tutoris, finita tutela ante redditionem rationis?*
*XX. An minor teneatur ſtare locationi factæ per tutorem ultra tempus tutelæ?*
*XXI. De alienatione & pignoratione rerum mobilium pretioſarum minoris per tutorem vel curatorem faciendam.*
*XXII. De ſolutione debiti minoris, cui, & quomodo ſit facienda, ut ſecure ſolvatur.*
*XXIII. An & quando exſequutio locum habeat contra tutorem, vel curatorem?*

## Capita tertiæ partis ſunt 46.

Cap. *I. De rationibus reddendis per tutorem & curatorem finita tutela.*
*II. An tutori, vel curatori ſalarium debeatur pro officio adminiſtrationis?*
*III. An curatori adoleſcentis, ſicut tutori pupilli, ſit danda decima?*
*IV. De patre tutore, & de matre tutrice filiorum, an decima fructuum potiantur, & de filio curatore patris?*
*V. An legatum relictum tutori, vel curatori compenſetur cum decima fructuum ſibi à lege regia cõceſſa?*
*VI. An decima danda ſit tutori honorario, & dato cauſſa notitiæ?*
*VII. An protutori, ſequeſtro, depoſitario, negotiorumq; geſtori danda ſit decima?*
*VIII. An tutori communiter pro tali reputato, licet tutela nulla ſit, debeatur decima, ſi utiliter adminiſtravit?*
*IX. An tutori ignoranti tutelam, adminiſtranti tamen tamquam amico ſit danda decima?*
*X. An tutori, vel curatori dato, primo tutori impedito debeatur & danda ſit decima?*
*XI. An tutori, vel curatori Regis debeatur & danda ſit decima?*
*XII. An decima danda ſit tutori, vel curatori, quando fructus, & redditus pupilli vix ſufficiunt pro eo alendo?*
*XIII. An tutori non gerenti ſit danda decima?*
*XIV. An tutori vel curatori male gerenti, ſit danda decima?*





*XV. An tutori fœminæ luxurioſæ viventis danda ſit decima?*
*XVI. An plures tutores unius, vel plurium pupillorum plures decimas deducere poſſint?*
*XVII. An curatoribus bonorum danda ſit decima?*
*XVIII. An decima danda ſit tutori, vel curatori certæ rei, vel ad litem?*
*XIX. An tutori, vel curatori adminiſtranti poſt tempus tutelæ, vel curæ finitum debeatur exinde decima?*
*XX. An tutor, vel curator promittens integre reſtituere ſuo minori omnem rem cum omnibus fructibus deducat decimam?*
*XXI. An coadjutori regis, vel ducis majoris, 25. ann. & coadjutori Epiſcopi danda ſit decima?*
*XXII. Qualiter computetur decima fructuum? & an aliquid ultra eam tutor, vel curator poſſit accipere?*
*XXIII. Decima fructuum, an de omnibus intelligatur?*
*XXIV. An tutor, vel curator decimam mulctarum, & condemnationum habere debeat?*
*XXV. An tutor, vel curator decimam habere debeat ex lapidicinis, aurifodinis, & ſimilibus.*
*XXVI. An tutor, vel curator decimet theſaurum inventum in fundo ſui minoris?*
*XXVII. An tutor, vel curator decimet ligna arborum ſylvarum, & nemorum cæſa, & alia, de quib. hic.*
*XXVIII. An tutor, vel curator decimet bona annua, hoc eſt,* los præſentes de cada anno, *& res, quæ vaſalli extra ordinem offerunt pupillo domino ſuo in ſignificationem lætitiæ proſperi adventus?*
*XXIX. An tutor, vel curator decimare poſſit jus præſentandi, & commodum proveniens pupillo, vel adulto ex jure patronatus eccleſiaſtico ſibi competente?*
*XXX. An tutor, vel curator decimet partus ancillarum, & augmentum rei?*
*XXXI. An de illicitis fructibus, vel redditibus tutori, vel curatori decima debeatur?*
*XXXII. An tutor, vel curator decimam deducat fructuum vel reddituum eccleſiaſticorum minoris?*
*XXXIII. An tutor, vel curator decimam deducat ex fructibus debitis minori, & alii copulative, vel alternative in ſolidum?*
*XXXIV. An onera impoſita ſuper fructibus, vel redditibus minoris deduci debeant, antequam tutor, vel curator eos decimet?*
*XXXV. An tutor, vel curator deducat decimam de annuis redditibus minoris ad vitam tantum ſibi debitis?*
*XXXVI. An tutor, vel curator deducat decimam de fructibus maturis tempore, quo tutela, vel cura incipit, & an de fructibus collectis finita tutela, vel cura, ante tamen maturis?*
*XXXVII. An decima tutoris, vel curatoris intelligatur deductis expenſis circa fructus factis?*
*XXXVIII. An tutor, vel curator deducat ſemel, atque iterum decimam, ſi res minoris bis in anno fructificet?*
*XXXIX. De remediis competentibus tutori, vel curatori pro ſua decima conſequenda collectis fructibus finita tutela.*
*XL. An decima ſolvenda ſit in ipſiſmet fructibus in ſpecie, vel ſufficiat æſtimationem pro eis offerre, & an in qualibet re dari debeat?*
*XLI. An decima debeatur totus anni in quatuor, vel curator deceſſit ante finem anni?*
*XLII. A quo tempore tutor, vel curator, incipiat lucrari decimam?*
*XLIII. An tutor jure communi attento, & etiam lege fori, quæ decimam fructuum ei concedit, poſſit ſuccedere pupillo?*
*XLIV. An decima fructuum ſit concedenda tutori, vel curatori non ſolum bonorum, quæ ſunt in Hiſpania, ubi lex fori ſervatur, ſed etiam quæ ſunt extra hæc regna, ubi non adſit præced. conſuetudo, ſed jus commune ſervatur, nt tutori non detur, nec debeatur ſalarium.*
*XLV. An exſequutores teſtamentorum, poſſint petere, & habere decimam fructuum, & reddituum bonorum defuncti pro ſuo labore?*
*XLVI. An tutor pauper præſumatur ditatus ex bonis pupilli?*

Dn. JOANNIS

# GUTIERREZ, IVRISCONSVLTI HISPANI PRÆCLARISSIMI, CANONICI DOCTORALIS ALMÆ ECCLESIÆ CIVITATENSIS,

Tractatus Elaboratiſſimus

## *DE TVTELIS ET CVRIS MINORVM,*

*Deque Officio & Obligatione Tutorum ac Curatorum, & mercede ipſorum.*

SVMMARIA.

1 *Definitio tutelæ eiuſq; defenſio & intellectus.*
2 *Tutores à tutela, & curatores à cura denominantur.*
3 *Duplex in jure reperitur definitio, quid nominis, & quid rei, & hic de vtraq; agitur.*
4 *Tutores ideo dicũtur quaſi tuitores, atq; defenſores, & ſic à tuẽdo, eo quod pupillũ defendere debẽt, & n. 14.*
5 *Tutor non eſt neceſſe, quod habitet cum pupillo in eadem domo.*
6 *Pupillus alendus eſt apud propinquos eius ſucceſſionẽ non exſpectantes, ſi tutor ei ſuccedere debeat.*
7 *Tutelæ munus honorificum eſt, & inter munera publica computatur.*
8 *Argumentũ de tutore ad prælatũ nonnunq̃ validũ eſt.*
9 *Majorem poteſtatẽ habet prælatus in adminiſtrandis reb. Eccleſiæ, q̃ tutor in adminiſtrandis reb. pupilli.*
10 *Tutorũ etymologia Alberici de Roſatis dicẽtis, tutores dici, quaſi tollitores, eo quod plerunq; bona pupillorum auferant & tollant, reijcitur atq; reprobatur.*
11 *Mali tutores potius pupillos ſuos ſpoliant quam defendunt, ſicut lupi oves, & hi revera tutores non ſunt, ſed potius raptores, vt hic demonſtratur.*
12 *Tutores fidem integram ab omniq; lucro abſtinentem præſtare debent, nam animo deprædandi tutelæ curæve munus obeuntes, fures cenſendi ſunt: vnde qui animo deprædandi pupillarium bonorum adminiſtrationem, non tuendi ſuſcipiunt, divinam vltionem & iram pertimeſcant.*
13 *Tutores merito initio ſuſceptæ adminiſtrationis juramentum & ſatiſdationẽ præſtant, vt hic latius declaratur.*
15 *Tutores & curatores dicũtur domini minorũ, rerumq; eorum, & habent à lege mandatum cum libera.*
16 *Tutores vel curatores, quando pupillum ſpoliant, non habentur loco domini.*
17 *Tutela promiſſione, approbatione, forma & incremẽto à jure civili fuit inducta: materia vero & origine à jure gentium exordium cepit.*
18 *Tutelam jus defert tutoribus ſuper perſonis minorum, etiam ipſis invitis, vel non petentibus.*
19 *Tutor datur principaliter pſonæ, quia tenetur principaliter curare educationẽ atq; inſtitutionem illius, tametſi neceſſe nõ ſit, vt in eadẽ domo habitet cum eo, ſecundario tamẽ datur etiam bonis in vniverſũ.*
20 *Judex ex officio poteſt nemine petente dare tutorem pupillo, prodigo & furioſo.*
21 *Tutor cogitur invitus tutelam ſuſcipere, etiamſi eſſet abſens & ignorans.*
22 *Tutor ſi tanquam tutor agat, juri ſuo non præjudicat; ſicut ſi proprio nomine conſentiat alienationi, vel ſi propria bona obligavit.*
23 *Clauſula, rebus ſic ſtantib. &c. in omnib. actibus, & diſpoſitionib. etiã juratis cenſetur ſemper appoſita.*
24 *Tertius rei poſſeſſor ſuper qua annuus cenſus, vel redditus conſtitutus eſt, qui ratione huius poſſeſſionis coactus fuit recognoſcere ipſum cenſum, non tenetur cenſum ſolvere, quoties res illa ad alium pervenerit abſq; eiuſdem poſſeſſoris fraude.*
25 *Poſſeſſor tertius rei cẽſui ſuppoſitæ, jure cogitur redditum ſolvere, ac denuo præmiſſa obligatione emptorem ipſum recognoſcere vt dominum illius juris percipiendi annuum redditum ex ea re.*
26 *Clerici nõ coguntur recipere aliquã tutelam, poſſunt tamen recipere legitimam, ſi volunt intra quatuor menſes à tempore ſcientiæ mortis patris pupillorũ.*
27 *Clerici in ſacris non conſtituti inviti coguntur recipere tutelam.*
28 *Ad tutelam teſtamentariam vel dativam, clerici vocari non poſſunt, ne à divinis diſtrahantur, imo puniuntur dantes illos tutores vel curatores, privantur namq; eccleſiaſtica ſepultura.*
29 *Fas tamẽ eſt, clericis tutores vel curat. eſſe miſerabiliũ perſonarum, accedente tamẽ ſuperioris conſenſu, & ipſi ad hoc etiam nolentes cogi poſſunt, vt in n. 31.*
30 *Epiſcopi & monachi ex nulla lege tutores vel curator. cuiuſcũq; perſonæ fieri poſſũt, niſi eſſẽt tutelæ miſerabiliũ perſonarũ, cum alias non eſſent, qui bene & tute ad tutelã præfici poſſent, tunc n. tenetur Epiſcopus tutelam ſuſcipere & alij clerico demandare.*
32 *Laicus bene poteſt eſſe tutor vel curator clerici, & à quo judice dandus tunc ſit, in nu. 33.*
34 *Judex laicus minori clerico litiganti corã ſe curatorẽ dare poteſt, quod procedit etiam in delegato.*
35 *Tutor dari debet ad tuendã perſonã pupilli eiuſq; bona, nõ vero decerni debet ad vnã rem, vel certam litẽ tãtiſper, ſed poteſt dari ad adeundã hereditatẽ, curator tamen bene poteſt dari ad vnum actum.*
36 *Tutor non ſolum datur rebus, ſed vt inſtruat pupillum bonis moribus, & reliqua faciat, quæ pertinent ad eius commodum. & ideo jurare debet vtilia facere, & inutilia prætermittere.*
37 *Tutor datur principaliter perſonæ, & in conſequentiã creditur datus omnib. rebus, curator vero principaliter datur rebus, minus autẽ præcipue perſonæ.*

### CAPUT I.

*Quid ſit tutela, & de eius definitione.*

PRINCIPIO obſervandum erit, quod tutela, vt Servius definivit, eſt vis ac poteſtas in capite libero, ad tuendum eum qui propter ætatis defectum ſe ipſe defendere nequit, jure civili data ac permiſſa, *l. 1. in pr. ff. de tutel. in l. 1. tit. 16. part. 6. §. 1. Inſt. eod. tit.* vbi ponitur poteſtas pro auctoritate, vt veriſſimum eſſe agnoſcit Joan. Oroſc. *in l. ſcire leges, nu. 4. ff. de leg. ex Alci. in l. poteſtatis, ff. de verb. ſign.* & ita admonet Oroſc. in tutelæ definitione, nõ *vis & poteſtas,* 1